







1778.

1. Bücknerus, Francus: De illis, qui carnaliter se obligare possunt.
2. Feuerbach, Francus Anselmus: An et quatenus privilegia miserabilium personarum pauperibus denegari possint?
3. Gombel, Henricus Tacitus: Generalia praecepta de austracis praesertim de causis, in quibus illis ~~locus~~ locus est.
4. Hoepfner, Ludw. Fridericus, Ord. Jur. ... ex de. ...
Causis: sollemnia inauguralia. ... Helvici
Bernhardi Fäup iudicis, de lege Laetoria et cura
minorum quaedam praefatus
5. Lamprecht, Paulus Juvencus: Meritatis et arb.
§. Tit. 2. Lib. II Statutorum Lubecensium.
6. Starck, Georgius Christophorus: De summa appel-
latis in referendo ad summam imperii tribunalium.

provocationibus rite aestimanda

1779.

1. Albrecht, Petrus Rodericus: De mercedis remuneratione ab sterilitatem aestimanda.
2. Frech, Joannes Sebastianus: Utrum forensis de bonis suis collectas magistratus domicilii pendere obligetur?
3. Hoepfner, Ludwig Julius Friedrich: Warum sind die Menschenpflichten entweder vollkommen oder unvollkommen? und welche Pflichten gehören zu der ersten, welche zu der letzten Gattung?
4. Koch, Dr. Christoph: Programm de sacris religionis internis et externis, quo sollemnia in auguralia. Caspar Fabius Groning... indicit

1780.

1. Gergert, Christianus Hartmannus Samuel, Ord. jur. Decanus:
Davidis Reichard, Hurici Christophi Klotz, nec non
Joannis Georgii Grambs . . . sollemnia inaug. indica-
tus S. R. I. civitatis Francofurtensae privilegium:
De filiabus neptibusque hære nuptum collocandis
veteris aeri monumentis illustrat

2. Gergert, Christianus Hartmannus, Ord. jur. Decanus:
Andree Josephi Schwanbert et Joannis Friderici Pregel
. . . sollemnia inauguralia indicit, de iudiciorum
equestrium habita atque ratione erga austriacos
et supremi imperii Tribunalia pauca praefa-
tus.

3. Grambs, Joannes Georgius: De habita liberarum
S. R. I. civitatum imprimis literarum S. R. I. reipublicae
Cae. Murr. Francofurtensis erga imperii Tribunalia

4. Klutzius, Heinricus Theophrastus: Utrum ex reddi-
tione unius ex pluribus chirographis super uno
eodemque debito confectis obligationem esse remissam
colligi possit?
5. Kuch, Dr. Christoph: De praescriptione restitutionis
in integrum
6. Pregel, Joannes Fredericus: De testamento rupto
ut reformat. Francof. p. IV. tit. 7
7. Semmābert, Andreas Josephus: De qualitate consuetudi-
nariae regii in imperio Romano-Germanico
ad votum consuetudinis imp. Galici.

8
1779, 1 7
DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA
DE

MERCEDIS REMISSIONE
OB STERILITATEM
AESTIMANDA

(Vom Pfacht : Nachlaß)

QVAM

CONSENSV ET AVCTORITATE

ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS

IN

ALMA GIESENSI

P R O L I C E N T I A

SVM MOS IN VTROQVE IVRE HONORES

AC PRIVILEGIA DOCTORALIA RITE ET

LEGITIME CONSEQVENDI

PVBlice PROPONIT

AD DIEM

APRIL. MDCCLXXIX.

GERHARDVS FRIDERICVS ALBRECHT,

ILLVSTRISSIMI COMITIS SALMENSIS, DHAVNEN-

SIS ET KYRBVRGENSIS CONSILIARIVS, ET

COLLEGII NOVM VIRALIS MOENO-

FRANCOFVRTENSIS ACTVARIVS.

G I E S A E

apud IOANNEM IACOBVM BRAVN, Acad. Typogr.



EXTRACTS FROM THE RECORDS

OF THE REMISSIONS
OF PUNISHMENT

IN GREAT BRITAIN

(FROM 1800 TO 1840)

BY JOHN WILSON PHOENIX

ESQ. OF THE BARR

LONDON

PRINTED BY J. JOHNSON

ST. PAULS CHURCH-YARD

1840

IN TWO VOLUMES

VOL. I.

THE REMISSIONS OF PUNISHMENT

IN GREAT BRITAIN

FROM 1800 TO 1840

BY JOHN WILSON PHOENIX

ESQ. OF THE BARR

LONDON

PRINTED BY J. JOHNSON

ST. PAULS CHURCH-YARD

1840

IN TWO VOLUMES

VOL. I.

THE REMISSIONS OF PUNISHMENT

IN GREAT BRITAIN

FROM 1800 TO 1840

BY JOHN WILSON PHOENIX



LIBERAE S. R. I. REIPUBLICAE
MOENO - FRANCOFVRTENSIS
SENATVI AMPLISSIMO

VIRIS

PERILLVSTREBVS, MAGNIFICIS, GENEROSISSIMIS,
PRAENOBILISSIMIS, CONSVLTISSIMIS,
PRVDENTISSIMIS,

ANTIQVA GENERIS NOBILITATE

ET

MERITORVM GLORIA CELEBERRIMIS

DOMINIS

PRAETORI
CONSVLIBVS
SCABINIS
SYNDICIS
SENATORIBVS

ET

NOVEM EX EORVM NVMERO

QVI

AVGVSTISSIMI IMPERATORIS
CONSILIARII ACTVALES
SVNT

*PATRIAE PATRIBVS SPECTATISSIMIS
PATRONIS MAECENATIBVS*

AC

FAVTOBIBVS

SVMMOPERE COLENDIS

HANC

DISSERTATIONEM INAVGVRALEM

CVM

PERPETVAE FELICITATIS

VOTO

EA QVA DECET OBSERVANTIA

D. D. D.

AVCTOR.


PROOEMIUM.



Mercedum remissiones, quibus in casibus aequae & iustae sint, indagare, ea ex ratione permotus sum, quia in Collegio, cuius causas in foro perorare debeo, haec materia frequenter occurrit, & quotannis prope aliter atque aliter negotium faecessit, atque coloni, suos ad quaeustus callentes, tum hoc, tum illud, causantur, nec quidquam ut remissionum regulas pro suo lubitu stabiliant, inexpertum omittunt.

Hac & variis ex rationibus aliis, omnem seponendo prolixitatem, eas, ex iuris fontibus, in vnum collegi, & thema, praeteritis solitis quidem annexis, ad scopum meum non pertinentibus, strictè explicavi, & solummodo quid ob sterilitatem circa mercedis remissionem iustum sit, enucleavi.

Quibus beneuolo lectori me de meliori commendare volui, omnem simul inanem frustraneamque criticen deprecando.



§. I.

Priusquam scopo accedere licet, praedii qualitatem rustici, ex cuius locatione conductione mercedis remissio ob sterilitatem oritur, indaganda est, eamque ex *usu*, non *loco*, determinare nullus dubito; quapropter praedia agriculturae vel rei pecuariae causa directe vel indirecte constituta, *rustica* sunt, ideoque & stabulum ad eiusmodi usum destinatum, praedium rusticum esse arbitror. Qua ex ratione fuit, praedia inhabitationis & mercationis gratia instructa, urbana esse, & horreum fieri urbanum, si deponendis aut custodiendis mercibus, rusticum vero si colligendis fructibus inseruit. (a)

§. II.

Nonnunquam usus eiusmodi praedii locatur, ex quo contractus locationis conductionis de *usu nimirum pro certa mercede praestando nascitur*, (b) & accipiens mercedem *Locator*, solvens vero *Colonus* dicitur.

§. III.

Vti vocabulum *Vsus* hoc in contractu non pro personali, sed plenius, ita, vt a conductore alteri concedi

(a) Barbosa in Thesaur. loc. C. 30. ibique LL. com. ex edit. Rocfneri. L. XIV. (b) L. 2. ff. Loc. cond.

cedi possit, accipitur, (c) ita merces pro hoc usu vera, non simulata vel dicitur gratia constituta esse debet. Quare si locator ab initio expresse declarat, se totam mercedem donationis gratia non exacturum, locatio non contrahitur, quia locatio rei alicuius momenti, praetextu mercedis quaesito, vno nummo facta, minime valet. (d)

§. IV.

Merces debet esse certa, (e) itaque si quantum iustum erit, vel postea inter partes conuenerit, promittitur, non proprie locatio & conductio contrahi intelligitur, sed eo nomine actio praescriptis verbis datur. (f) Denique autem ut sit iusta, i. e. proportionata esse debet quantitas mercedis aestimationi usus rei. Cui addendum, regulariter in numerata pecunia consistere mercedem, propter commodiorem & faciliorem vero contrahendi modum, ut usus rei in qua fructus nascuntur, pro certa fructuum illorum annua quantitate locari possit, receptum esse. (g)

§. V.

Ius romanum quidem ad euitandas lites, exactam proportionem inter mercedem & usum non requirit, & inaequalitas inter mercedem & usum, locationem non vitiat, (h) nihilominus tamen ex aequitate postea agnita, locatori vel conductori, si ultra dimidium eius, quod

(c) L. 6. C. L. 7. ff. loc. cond.

(d) L. 46. ff. d. t.

(e) §. 1. I. L. 25. pr. ff. cod.

(f) L. 25. pr. ff. Loc. cond.

(g) L. 8. L. 21. C. h. t.

(h) L. 22. §. fin. ff. cod.

quod dedit vel praestitit laesus fuerit, remedium l. 2. C. de rescind. vend. haud denegari potest. (i)

§. VI.

E diuersa contrahentium intentione, aliam locatoris, aliam conductoris esse praestationem, vtrinque directam & principalem obligationem, patet, vt scilicet ambo sibi invicem quod in contractum deductum est, & de quo conuenerint, praestent. (k) In specie locans rem eiusue heres praestare debet, vt ista commode vti possit conductor, (l) exceptis iis, quae ipse conductor sua culpa corrumpit, (m) & quicquid porro contractus legi expresse vel tacite inest. (n) Ex hoc contractu actiones locati conducti dantur, & illa quidem locator contra conductorem, vt mercedem soluat & rem non deterioratam finita locatione restituat, agit, haec vero conductori contra locatorem datur, vt vsum rei praestet & damnum resarciat, qua ex resarcitione remissiones sic dictae (Pfacht-Nachlässe) ortum trahunt.

§. VII.

Vox *remissio* a verbo remittere deriuatur. Proprio significato personae aut causae, ad alterius, cognitionem pertinentis, ablegationem in iure romano denotat. Sic ad iudicium suum remittendus. (o) Remitti ad ius ordinarium. (p) Remissa cognitio ad Principem. (q) Et specialissime ad Praefectum vrbi remittere,

(i) L. 2. C. de rescind. vend.

(k) L. 21. ff. Loc. cond.

(l) L. 19. §. 2. in fin. ff. h. t.

(m) L. 29. C. eod.

(n) L. 24. §. 4. in fin. ff. h. t.

(o) L. 4. §. 6. ff. de re militari.

(p) L. vlt. ff. de priu. delict.

(q) L. 22. L. 26. ff. de appel-

lat.

tere, dicitur de afflictiva corporis poena puniendo. (r) Sensus autem ad scopum praesentem pertinente, pro releuare atque exonerare sumitur, & remissio mercedis relaxationem & exonerationem eius significat, (s) quia determinata merces in partes quasi confringitur & anno sterili minor exigitur.

§. VIII.

Interdum huic remissioni donationis nomen tribuitur, quae tacita sub illa conditione facta sit, nisi sequentium annorum fertilitas hanc sterilitatem compensauerit. Ipse Papinianus hanc remissionem pro simplici donatione non agnoscit, (t) qui in allegata lege quaestionem, si locator anno sterili mercedem donauerit, vtrum maiore vbertate postea veniente donatam mercedem repetere possit? ita decidit: *Si verbo donationis dominus ob sterilitatem anni remiserit, idem erit dicendum, quum quasi non sit donatio sed transactio*, quae improprie remissioni applicatur, dum illa rei dubiae conuenta & spontanea decisio est, (u) in remissione vero exonerare nolentem locatorem iudex non solum, vt remittat aliquid, cogere, sed remittendam quoque quantitatem determinare potest. Si itaque remissio denominatur transactio, generali in sensu ita sumitur, vt ad omnes species, quibus controuersiae deciduntur pertineat, vti & iureiurando negotium transigi dicitur. (x) Similiter quando per vim maiorem

B adeo

(r) §. 10. & 11. I. de suspect. tutor. & curat. iunct. L. 1. §. 7. ff. de officio praef. vrb.

(s) L. 15. §. 7. ff. Loc. Cond.

(t) L. 15. §. 4. ff. eod.

(u) L. 1. ff. de transact.

(x) L. 31. in fin. ff. de iureiur.

adeo fructus laesi sunt, vt remissio concedenda fit, conueniunt eum in modum, vt merces istius anni vel in totum vel in tantum remittatur aut sequenti vberiori anno soluatur, aut aliorum annorum fertilitate compensetur.

§. IX.

Pariter in Iure Canonico affirmatur, conductores propter sterilitatem magno incommodo eos afficientem, vitio rei, sine culpa coloni seu casu fortuito contingentem, pro rata pensionis remissionem concedendam esse, nisi cum vbertate praecedentis vel subsequenteris anni possit sterilitas compensari. (y) Distinguit ius canonicum inter conductionem quae fit vel ad modicum, vel ad longum vel in perpetuum tempus; de quibus illud ad triennium, secundum ad decennium & tertium in infinitum ad centesimum annum & ultra extenditur, (z) quarum prima sine solemnitate fieri potest, (a) secunda & tertia species vero ea ex ratione prohibita est, (b) quia ex locatione ad longius tempus dominium vtile transferatur. (c) Sed abundanter euictum puto, nullam locationem, nequidem ad longissimum vel ad perpetuum factam dominium transferre, (d) si conductor ob solum vsum ei concessum (e) possidet, & rem non sibi sed alii detinet, (f) neque enim colono vel conductori longae possessionis praescriptio predest.

§. X.

(y) Cap. 3. X. de Locat. & Cond.

(e) L. 1. §. 2. ff. Si ager vectig.

(z) Caroc. P. 2. de Loc. Qu. 6.

(d) L. 39. ff. Loc.

(a) Extrauag. com. Ambitiosae. de reb. eccles. al. vel non.

(e) L. 61. §. 8. ff. de furt.

(b) Cap. 9. X. de reb. eccles. al. vel non.

(f) L. 1. C. Commun. de vstr. esp.

§. X.

Vtilius omnino ecclesiae est, si eius praedia non in longum aut perpetuum tempus, sed in tempus modicum locantur, & facile fraus fieri posset canonibus, qui rei ecclesiasticae venditionem & emphyteusin prohibent, si Praelato ad longissimum tempus rem locare liceret, quia prohibito vno alienationis actu, etiam omnis ei similis actus prohibitus est. Qua ex ratione locationem conductionem ad longum tempus, multo magis ad perpetuum non posse iniri absque solennitate canonica, i. e. non nisi 1) ex iusta locandi causa, scilicet 2) pietatis, 3) vtilitatis & 4) necessitatis, 2) causae cognitione & praecedente deliberatione coram iudicio ecclesiastico instituta, 3) consensu Capitularium, 4) Superiorum & 5) decreto legitime & specificiter confecto. (g) Ex quibus apparet, in iure canonico locationem conductionem eandem esse, quae in iure romano occurrit, eo saltim casu excepto, quod ibi ad longum tempus & multo magis ad perpetuum sine solennitatibus adhibitis locatio rei ecclesiasticae permessa haud sit; ceterum quoad remissionem mercedis iuris ciuilibus regulas omnino obseruandas esse.

XI.

Ad firmam dationis alicuius hac occasione (h) iuram canonum, pluribus in textibus, vbi varie exponitur, mentionem faciunt, (i) quae tamen nihil aliud,

B 2

quam

(g) Boehmer in I. E. P. tit. de reb. eccles. al. vel non §. 30.

(h) Cap. 2. X. de Locat.

(i) Cap. 24. de Decim. Cap. 7. de Iure patronatus. Cap. 6. ne Clerici vel Monachi.

quam locatio conductio est. Recte sentit *Alexander Chassanaeus* (k) ad firmam dare vel locare idem esse, ac praestita fide pacisci in ipso contractu locationis & in continenti ne vlli contrahentium beneficio l. 24. C. de locat. vti liceat, sed locationem omni modo firmam habendam esse; quali in significato firmarios dicit clericos *Wilhelmus Malmerburg* de gest. reg. angl. Lib. 4. ibi: *nullus clericus caufidicus, nullus clericus nisi firmarius*, & in antiquis LL. firmare & firmitatem scribere, idem est, ac corroborare siue firmiter promittere.

§. XII.

Ad causas remissionum progredior, quas in locationis conductionis natura fundatas esse puto, qua ratio totius negotii in rei vsu ponitur, vt conductor fructus ex re habeat, & pro iis mercedem soluat. Quoties igitur conductor in hoc vsu rei vel in totum vel pro parte impeditur, tali modo, quem leges requirunt, toties mercedis remissio vel in totum vel pro parte peti potest; atque ita tot sunt casus remissionum, quot sunt ad vsum impedimenta, a legibus agnita. Et quia variis modis conductori vsus interuertitur, omniumque idem minime effectus sit, omnino necesse est, vt qualitatem impedimentorum & quid circa ea iuris sit, perscrutemur.

§. XIII.

Prouenit nimirum eiusmodi impedimentum vel ex ipsa re, vel extrinsecus, siue casu fortuito, siue ab

(k) in Paratidis in Decretal. h. t.

ab ipso conductore, siue a locatore, siue a tertio. Primum impedimentum ex re ipsa veniens, quod *Ulpianus* a casu distinguit, (1) vitium intrinsecum dicitur. Dantur enim loca per se sterilia & infœcunda, ita vt vberes prouentus non largiantur; Vt si fundus in locis montanis, frigidis, aquaticis, aridis, sabulosis, lapidosus situs sit, qui vix semen reddunt, aut quod terra sit macra vel amara. Vitium extrinsecum dicitur, quod casu externo aduenit, v. g. vis tempestatis calamitosæ, solis feruor non aduetus, vredo, nix immodica, violentia ventorum, terræ motus, inundationes, itemque si raucis ex imbribus natis vel herbis noxiis segetes fuerint corruptæ, incendium ex fulmine ortum & plures adhuc sterilitatum causæ. (m)

§. XIV.

Damnum intrinsecum siue ex ipsius rei vitio ortum, minime locatori, sed conductori imputari debet, & remissionem operari nequit. (n) Sibi enim conductor tribuere debet, quod modo debito agrum non coluerit, vel stercoreauerit, aut rem euidenter sterilem conduxerit, (o) ea tamen sub limitatione, nisi scilicet omnes fructus ex hoc vitio intrinseco perierint; quo casu, illi me arbitro ex æquitate subueniendum & arbitrio Iudicis aliqualis mercedis remissio statuenda erit, (p) omnis enim conductio tacitam secumfert conditionem, si nempe aliquid fructuum natum sit, igitur

B 3

(1) L. 15. §. 2. D. Loc.

(n) L. 15. §. 2. ff. Loc.

(o) L. 13. §. 6. ff. de damno

(m) Struv. Exercit. ad D. 19. th. 32. Exercit. 24. th. 15.

infesto.

(p) L. 15. ff. Loc.

tur si nihil plane perceperit, contractus simpliciter subsistere non potest. (q)

§. XV.

Si damnum non ex ipsa re, sed ex inconsueta causa oritur; tunc ex natura contractus onerosi, licet conventio expressa super hac re non intercesserit, remittenda est pensio. Affirmat hocce *Ulpianus* (r) dicendo: *Si vis tempestatis calamitosae contigerit, an locator conductori aliquid praestare teneatur? Servius omnem vim, cui resisti non potest, dominum, colono praestare debere ait; Vt puta fluminum, graculorum, sturnorum & si quid simile acciderit, aut incurfus hostium fiat. Eodem modo Gaius decidit, (s) quum ait: Vis maior, quam graeci οὐρανὸν βίαν i. e. vim diuinam appellant, non debet conductori damnosa esse, si plus quam tolerabile est laesi fuerint fructus.*

§. XVI.

Intolerabile damnum vocant nonnulli, quando colonus ultra damnum seminis amissi mercedem praestare cogatur. (t) Alii prouocant ad L. 15. §. 7. ff. Loc. dicentes, tum demum colonum graue damnum pati, quando semen fundo immissum tantum colligitur. Sed cit. §. 7. de remissionum causa plane non loquitur, sed tantum declarat, praeter factam remissionem, dominum colono nec ad interesse, nec ad iacturam seminis praestandum teneri. Illud damnum itaque sine fundamento intolerabile vocatur, vbi ne semen quidem

(q) L. 8. pr. D. de contrah. vend.

(r) L. 15. §. 1. D. Loc.

(s) L. 25. §. 6. D. Loc.

(t) L. 15. §. 2. h. t.

dem immiffum prouenit; quum colono fermen terrae mandatum ex melle faluum quidem eſſe queat, & nihilominus damnum intolerabile adefſe poſſit, nimirum, ſi tantum non accipit, quantum α) implendis legibus contractus & β) ſuſtinendo oneri rei colonariae requiritur.

§. XVII.

Quidam iis haud mitiores pro graui habent damno, quando ſcilicet deductis impenſis, colono nihil ſupereſt. (*u*) Sed & his reſponſio obſtat, quod damnum graue conductor ſentiat, ſi impenſis ſaluſis, praeter eas nihil lucri habeat. (*w*) Denique alii aequitatem pro fundamento ponunt, (*x*) & mercedem colono ob quamcumque vis maioris calamitatem eſſe remittendam arbitrantur, quod ex verbis *pro rata* elicere volunt; argumentantes: 1) ratione perſonae tantum eſſe conductori remittendum, quantum paſſus ſit, 2) reſpectu loci, quantum eo in loco ſit deterioratum, 3) reſpectu rei, an totus fundus aut pars iſtius interierit, & illo in caſu totalem, hoc vero proportionatam remiſſionem eſſe concedendam. (*y*) Hocce autem neque in L. 15. alleg. neque in Cap. 3. X. de Locat. eſt fundatum, quum non ob quamlibet ſterilitatem, ſed ob vim tantum, quae plus quam tolerabilis eſt, remiſſio concedatur, & quod laeſio enormis in eo conſiſtat, ſi ne dimidiam quidem promiſſae mercedis partem ex fundo accipit, in quo plerique Icti conueniunt.

(*u*) L. 7. pr. ff. ſolut. matr. dos.

(*x*) L. 15. §. 7. ff. Loc.

(*w*) Struv. Exercit. 24. th. 16.

(*y*) Caroc. P. 4. Qu. 15.

niunt. Qua ex ratione in Reg. Dec. Elect. nouiff. 20. remissionis Quota his determinata est verbis :

Daferne wegen der Unglücksfälle in einem Pachte Contracte nichts bedungen worden, soll der Verpachter dem Pächter einen Remiß zu thun, anderer Gestalt nicht schuldig seyn, als wenn der Verlust die Helffte des jährlichen Pachtgeldes übersteiget, auf welchen Fall Verpachter den Schaden zur Helffte zu übertragen hat, und ist hierbey auf die vergangnen oder rückständigen Jahre einiges Absehen nicht zu richten.

§. XVIII.

Si conductor ex facto proprio damnum sentit, sibi ipsi imputare debet, quia sua culpa sentiens sentire non videtur, & ideo ad solutionem totius locarii tenetur. (z) Quod etiam dicendum est, si inundatione eluente & flumine recedente adhuc tempus & comoda ferendi occasio & probabilis futurae messis spes adest, conductor autem de nouo agrum non seminauerit, ideoque damnum sibi ipsi adtraxerit. Sin vero a locatore impeditur, quo minus re uti frui possit, tunc non solum merces sine dubio remittitur, etfi damnum non intolerabile sit, sed locator quoque conductori in id, quod interest, tenetur.

§. XIX.

Denique iste casus exurgit, quo tertii cuiusdam facto conductor a fruitione rei impeditur. Hoc nimirum

(z) L. 24. §. 2. L. 55. §. fin. D. Loc.

mirum casu, locator ante omnia debitam pro auer-
tendo obstaculo adhibere debet diligentiam, nisi actio-
ne ad interesse conueniri velit. (a) Et si vltra vires
suas se extendit, & obstaculum remoueri nequit, tunc
demum locator ad remissionem pro rata tenetur. Conf.
L. 3. ff. Loc. ibi: *Sin vero ab eo interpellabitur, quem
tu prohibere propter vim maiorem aut potentiam eius
non poteris: nihil amplius ei, quam mercedem remittere
aut reddere debebis.*

§. XX.

Quamquam itaque his in narratis casibus, colo-
no mercedis remissionem concedendam esse pateat;
Nihilo secius tamen haec limitatio obtinet, nisi praec-
edentium & sequentium annorum vbertas hanc steri-
litem compensauerit, quia in Cap. 3. X. Loc. & L.
15. §. 4. ff. eod. dicitur. *Sin vno anno remissionem
quis dederit ob sterilitatem, deinde sequentibus annis
contigerit vbertas, nihil obesse domino remissionem,
sed integram pensionem eius anni, quo remisit, exi-
gendam.*

§. XXI.

Sine dubio euentissima hocce nititur aequitate;
quia existente sterilitate, locator damno afficitur, er-
go in casu vbertatis, haec cum illa compensatur, vt
lucri & damni ratio pari passu procedat, (b) quae
autem tunc cessat compensatio, si de remissione in sin-
gulos annos facienda conuenerit. (c) Quod eo quoque
extendendum est, si dominus annorum priorum vber-
tatis

(a) L. 9. §. 1. Loc.

(b) L. 65. §. vlt. pro focio.

(c) Brunnem, ad L. 25. ff Loc.

No. 18.

tatis conscius, sequente anno sterili mercedem remittit, quam tali modo donasse praesumitur, l. c. Similiterque non annorum solum, sed omnium rerum in contractu contentarum, in computandis fructibus ratio est habenda, quia totius anni fructus ex quacumque causa & re percepti pro fructuum utilitate habentur. (d) Quapropter si nihil ex frumentis, sed multum v. g. ex vineis, pecoribus, itemque si exiguum ex hibernis, multum vero aestivis fructibus vel aliis similibus perceptum, ut propter eam ubertatem damnum intolerabile non fuerit passus, remissioni locus non erit. (e)

§. XXII.

Porro cessat remissio, si damnum in fructibus perceptis i. e. a fundo separatis aut demessis, (f) quamquam in horreum nondum illatis acciderit, quorum conductor dominus factus est & idcirco casum sentit. Quod ita quoque se habet, si colonus in rebus propriis in fundum illatis damnum aliquod sentiat; illud enim quod ad mercedis exonerationem ipsi haud quaquam prodest, etiamsi hac ratione sterilitas ipsi contingat. Cuius rei exemplum est, si omnia coloni pecora, quibus vel ad colendum vel ad stercoreandum indiget, ut tempore luis saepe evenit, intereant. (g) Consentit *Carpzovius* P. 2. Const. 37. D. 21. verbis: *Multo minus vero conductori remissio pensionis concedenda est, si is forsan, per incursum hostium, incendium aliam-*

(d) L. 7. pr. §. 6. solut. matrim. quemadmodum dos repet.

(e) *Mev.* P. 9. Dec. 116. No. 6. *Brunnem.* ad L. 15. N. 17.

(f) *Gundl.* ad ff. de Loc. Cond. ibique. LL. L. 78. ff. de R. V.

(g) *Mozz.* tract. de Loc. Cond. N. 41.

ue vim maiorem, aut casum fortuitum, mobilia sua, ac pecora propria, quae ipsemet in fundo conducto sibi comparauit, quaeque in inuentario non continentur, amiserit atque perdidit, aliudue damnum senserit, licet nulla ipsi prorsus culpa imputari queat.

Ita in causa Georgii Christophori a Milkau in Scabinatu Lipsiensi pronuntiatum est: Und es mag Verpachterin denjenigen Schaden, so dem Pachtmanne, durch Abnehmung seines eigenthümlichen Viehes und anderer zuständigen Mobilien und Sachen, als welche nicht im Inuentario begriffen, geschehen, zu erstatten nicht gehalten werden. **B. R. W.**

§. XXIII.

Auctor oeconomici tractatus iuridici infra allegati, in specie quoad pecora colono propria, cum praedio non locata, mentem suam ita explicat: Am üblichsten ist bey allem Viehsterben oder sonstigen Abgange, er rühre her, wo er wolle, vor allen Dingen einen Unterschied zu setzen, unter zum Inuentario mit angenommenen, und dem, über selbiges eingebrachten, ja zugezogenen oder zugekauften Viehe. Letzteres wird vor Pächters Eigenthum angesehen, und will Ihm davon nichts vergütet werden. Stirbt also Viehe, so muß erst der Ueberschuß drauf gehen, ehe es an das Inuentarium kommt. Unter dem Inuentarien: Viehe selbst aber, machet man wieder einen Unterschied zwischen dem alten oder Zug- und nutzbaren, und dem jungen oder noch nicht nutzbaren Viehe: Denn der Abgang dieses letztern, wird gemeiniglich Pächtern allein auf den Hals gewälzet, ja manchmahl muß Er auch wohl alles gölde

Viehe ohne Unterschied, es sey alt oder jung allein über sich nehmen. Sonsten aber pflegt man von jeder Sorte Viehe an zugbaren Pferden und Ochsen und melkenden Kühen, nach Proportion solchen Viehgehalts, eine gewisse Anzahl der Stücke zu benennen, welche erst über Pächtern alleine gehen soll. Was aber über diese gesetzte Zahl, zu verstehen in einem Jahre, an denen Inventarien, Stücken stirbet, darüber vergleicht man sich denn, was davon Verpächter oder noch der Pächter zu tragen habe. (h)

§. XXIV.

Celeberrimus Stryckius hoc in casu, si nimirum colono oves, vaccae &c. cum praedio rustico locantur, cuius pars esse censentur, sequentem in modum scribit: Eo nomine certum inventarium conficiendum est, (das Vieh- und Feld- Inventarium) in quo aestimatio singulorum capitum determinatur, & vt ea recte ineatur, rei pecuariae periti adhiberi debent, qui pecora aestiment. Modus ineundi aestimationem hic esse solet, vt sex aestimatores adhibeantur, illi vero in tres classes distinguantur & bini semper singula capita aestiment; & quum ita triplex diuersa aestimatio euenire solet, (v. g. bini vaccam aestimant pretio 10. thalerorum, alii nouem thaleris, denique in vltima classe constituti vndecim thaleros) omnia horum pretia computanda sunt, & ex illa computatione ita inita, tertia pro vero pretio aestimanda, sic in dato exemplo omnium pretia triginta efficiunt, inde tertia detracta est decem thalerorum. (i)

§. XXV.

(h) Deconom. Jurist. Abhandl. ther Cap. 9. §. 320.
vom Pacht und Verpacht der Gü. (i) Stryck in vtu mod. §. 2. Loc. Cond.

§. XXV.

Quoniam his ex deductis, citra controuersiam palam est, quodlibet damnum ad remissionem mercedis minime esse qualificatum, & multo minus conductori vel in toto patrimonio damnum sentiente, vel in aliqua istius cum praedio non locata & inuentario non comprehensa specie, concedendam esse remissionem, in gratiam locatorum colonorumque inprimis illiteratorum & linguae latinae imperitorum, iam operae pretium esse arbitror, si breuem conspectum huius materiae germanica lingua annecto.

I. Wer Nachlaß an seinem Pacht verlangt, der muß an dem verpachteten Guthe, oder an dem, so mit und neben demselben verpachtet worden, und in dem Inventario mit begriffen ist, Schaden erlitten haben. Außer deme, kann Er, von allem andern, so Er als sein Eigenthum mit auf das Gut gebracht, oder zu dessen Behuff angeschaffet hat, bey entstehendem Unglück keine Entschädigung fordern.

II. Muß der Unfall aus einer ungewöhnlich und äußerlichen Ursache, als Miswachs, vielem Regen, allzugroßer Dürre, Wetter- und Wasserschaden, Einfall derer Feinde &c. herrühren. Wobey jedoch vor allen Dingen zu erörtern ist, ob derselbe total oder partial sey? und ob er sich auf alle Felder und auf alle Getreidesorten erstrecke oder nicht? Im letztern Fall würde der Verlust so etwa in einem oder andern Stücke Feld, oder in einer oder andern Getreidesorte erlitten wird, mit dem Gewinn auf andern Feldstücken oder in andern Getreidesorten zu compensiren seyn. Der Casus hingegen, welcher sich wegen der Person des Pächters ereignet, oder aus einem der Sache selbst anhängenden Fehler entsethet, oder aus der innern Beschaffenheit des Grund und Bodens herrühret, wann derselbe an sich unfruchtbar, steinige
C 2
oder

oder sandigte, kalt und ausgefogen, oder nicht gehörig bearbeitet oder geschmeltet ist, komt in keine Consideration und ist keines Nachlasses würdig; Sondern der Pächter mag sich selbst bey messen, daß er nicht vorsichtiger gewesen und ein schlechtes Gut gemietet hat.

III. Darff der Pächter an dem Unglück oder Schaden nicht schuld; oder auch nicht im Stande gewesen seyn, solchen abzuwenden. Wenn mithin der Acker zu spat besät, nicht gehörig gedünget, der Weinberg zu spat bezogen, die Früchte vor dem Wildpret nicht beobachtet worden, so muß der Pächter den Schaden selbst tragen. Also auch wann der Pächter durch eine Krankheit die Sache zu genießen verhindert würde, oder auf eines andern Klage, wiewohl unschuldiger Weise arretirt worden wäre, folglich das Gut nicht hätte bauen können, so muß Er doch das völlige Pachtgeld abtragen; Es hätte dann der Verpächter zu diesem und andern dergleichen Fällen arglistiger Weise oder aus Versehen contribuirt, wo ihn so dann der Pächter ad inter esse belangen kann. Falls aber entweder der Verpächter selbst, oder auch durch einen andern ohne rechtmäßige Ursache den Pächter verhindert hätte, die Sache zu brauchen; So mag Er wieder jenen ebenfalls ad interesse agiren.

IV. Muß der Pächter den Schaden anzeigen, sehe die Früchte von dem Stamm abgetrennt worden; denn so bald solche abgeschnitten, so wird Er Eigenthümer davon und muß den Schaden allein tragen. Da hingegen kann der Pächter keinen Nachlaß verlangen, wenn

V. Nur eine Gattung der Früchte schlecht, die andern aber gut gerathen sind. Z. E. wenn die Winterfrüchte gering, die Sommerfrüchte aber desto besser ausfallen; indeme zu einem Nemiß eine durchgängige Unfruchtbarkeit an allen Früchten erfordert wird. Dieses findet auch statt, wenn

VI. Etwa nur in einem Jahr nicht viel wüchse, weil dieses keine Unfruchtbarkeit zu nennen, auch die fruchtbare Jahre die

die unfruchtbare mit übertragen müssen, und es wohl seyn kann, daß vorher 2. 3. und mehrere fruchtbare Jahre gewesen sind. Gesetzt dahero: Es wäre das erste Pacht Jahr fast gar nichts gewachsen, der Verpachter hätte auch deswegen etwas an dem Pacht-Geld erlassen, in denen folgenden Jahren aber wüchse alles im Ueberfluß; So kann der Verpachter sogar den bereits gethanen Nachlaß des ersten Jahres zurückfordern.

VII. Wenn der Pachter jedes Jahr um einen Nachlaß anhält, und es also das Ansehen gewinnet, als ob die an gegebene schlechte Erde von dem Guthe selbst herrühre; So kann Ihm so weniger etwas an dem Pacht nachgelassen werden, als Er, wie bey No. II. gedacht worden, es sich selbst zuschreiben, daß Er ein unfruchtbares Gut gepachtet hat. Solcher Gestalt stehen zwar die Rechte in denen vorbemeldten Fällen einen Nachlaß zu; Sie erfordern aber über alles dieses noch folgende Bedingung, ohne welche derselbe nicht statt findet, daß nehmlich

VIII. Der Pachter einen unerträglich und ungewöhnlichen Schaden an der gepachteten Sache müsse erlitten haben: indeme Er einen geringen oder auch mittelmäßigen Verlust allein über sich nehmen und ertragen müsse, weil Er bey übermäßig fruchtbaren Jahren auch den alsdann sehr beträchtlichen Nutzen allein behalte.

Ob nun wohl nicht ganz genau bestimmt werden kann, worinnen ein unerträglicher Schaden eigentlich bestehe; So behaupten doch die meiste Rechtsgelehrte, daß wann der Werth der erhaltene Früchte, nach abgezogenen Unkosten und der Ausfaat wenigstens nicht auf die Hälfte des Pachtgeldes steige, dieses ein unerträglicher Schaden wäre, der, wann er erwiesen worden, als ledings einen Nachlaß, ausserdeme aber nicht erwürcken könne. Woraus dann erhellet, daß zwar

IX. Der Verlust eines jeden gehobten Gewinnes, im allgemeinen genommen, ein Schaden sey, der dem Beständer eines Gutes

Guths bey nahe jedes Jahr begegnet; Er kann aber in rechtlichen Verstande nicht dafür gehalten werden, weil bey den Landpächtern ein Schaden nur daraus erwächset, wenn der Nutzen aus dem Guth zu Bestreitung der nöthige Kosten und des Pachtgeldes nicht hinreicher, und der Pächter aus seinem eigenen Vermögen zusetzen soll; als worinnen eigentlich die rechtliche Befugniß einen Nachlaß mit Bestand zu fordern, gesucht werden muß.

So lange also ein Landguth so viel abwirft, daß damit alle Unkosten und Zinse bestritten werden können. So lange kann der Pächter keinen Schaden vorschützen, ob Er gleich keinen Gewinn davon hat, und eben so lange darf Er auch keinen Nachlaß fordern, indeme Er sonst in einem immer währenden Gewinn, der Verpächter hingegen, vielleicht in ununterbrochenen Verlust stehen werde: So bald aber forhaner in Rechten benannter unerschräglicher Schaden eintritt, so muß ein Remiß geschehen, der zwar nach jenem abgemessen, aber dem Pächter und Verpächter gewöhnlichermaßen deswegen zu gleichen Theilen aufgebürdet wird, weil jener auch die fruchtbarste Jahre allein, dieser aber ausser dem verglichenen Pachtgeld, davon nichts genießet.

§. XXVI.

Interea autem contractus ex conventione legem accipiunt, & quilibet iis renunciare & pacto speciali adiecto, in genere omnes casus, solitos, insolitos & insolitissimos in se recipere potest, ex quo insignis a regulis superius propositis exceptio datur, & quod pactum adeo servandum est, utur iacturam maximam patrimonio conductoris inferat, dum nihil magis humanae congruit fidei, quam rata habere, quae semel placuerint. (k) His thema meum ad finem perduxisse puto, quum nec propositi mei, nec temporis fuit, integrum tractatum, sed solummodo de eo, quod in locatione & conductione praedii rustici circa remissionem mercedis aestimandam instum sit, succindam commentationem scribere. Ex qua ratione illam, quam Horatius suis addidit carminibus Lib. I. Epist. 6. appono colophonem;

----- Si quid novisti rectius istis,

Candidus imperti, si non, his vtere mecum,

(k) L. 1. pr. ff. de pact.







TA-OL


30. 1 + 13

ULB Halle
004 803 671

3







B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

8

1779, 17 / 7

DISSERTATIO INAUGURALIS IVRIDICA
DE
MERCEDIS REMISSIONE
OB STERILITATEM
AESTIMANDA
(Bon Pfacht - Nachlaß)

216

QVAM
CONSENSV ET AVCTORITATE
ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS
IN
ALMA GIESENSI

PRO LICENTIA
SVM MOS IN VTROQVE IVRE HONORES
AC PRIVILEGIA DOCTORALIA RITE ET
LEGITIME CONSEQVENDI
PVBLICE PROPONIT

AD DIEM APRIL. MDCCLXXIX.
GERHARDVS FRIDERICVS ALBRECHT,
ILLVSTRISSIMI COMITIS SALMENSIS, DHAVNEN-
SIS ET KYRBVRGENSIS CONSILIARIVS ET
COLLEGII NOVM VIRALIS MOENO-
FRANCOFVRTENSIS ACTVARIVS.

GIESAE
apud IOANNEM IACOBYM BRAVN, Acad. Typogr.

